

priusq. sed susceptam virtutem ad alia membra
 quantum est de se ulterius non diffundunt. qz
 oculus non potest visum virtutez quam recipit
 a cerebro dare pedibus vel manib. vel alicui
 membro/ vel auris auditivam/ et sic de alijs. et
 tamen ista membra corpori maxime sunt necessa-
 ria. qz per officia sibi appropriata sunt omnium
 aliorum membrorum corporis regitiva nisi forsan
 in suis actionib. fuerint casu aliquo impedi-
 ta/ sicut quando lesa sunt vel corrupta. Vocant
 proprium habent omnia membra officialia. vt p
 principalibus membris periculo exponantur/ ut
 est videre. qz manus p defensione capitis vel
 cordis sine omni deliberatione naturaliter se
 opponit. Item membrum bene sanum etiam me-
 bro infirmo subuenit/ et materiam morbi ad se
 attrahendo purgare vel alleviare membrum mor-
 bidum consuevit. vnde membrum sanum pro
 non sano sepius lesum fuit. Membrum vero
 supputandum fuerit aut mortuum/ sibi immo to-
 ti corpori est nociuum et ideo non restat nisi vt absci-
 datur ne corumpat aut destruat corpus totum.
 et hec de membris in generali nunc sufficiant.

Inter membra principalia hominis
 primo a proprietatibus capitis in-
 choandum est. Est autem caput pri-
 ma pars et principalis hominis inter omnia
 membra corporis exteriora quo ad situm et officium
 optinens principatum. Est autem caput a ca-
 piendo dictum (vt dicit Iulius. li. x. c. ij.) eo quod
 omnes sensus et nervi inde incipiunt capiuntur/ et
 ex eo quod omnis vigendi causa et sentiendi ratio
 oriatur. In capite vero omnes sensus appa-
 rent. vnde et ipsius anime que consulit corpori
 quodammodo personam gerit. Iulius. Est igitur ca-
 put sedes sensuum principium et origo omnium
 sensuum organicorum animalis virtutis proprium do-
 micilium diffundens et transmittens ad omnia
 membra inferiora sensus et motum/ habens se-
 ptem foramina que sunt sensuum instrumenta
 et hec secundum aliquos septem planetarum or-
 dibus correspondent. Caput itaque dignius est
 et nobilius omnibus membris quia regimen est et
 gubernaculum totius corporis influens et perfe-
 ctionem virtutis ad suas pagendas sensibiles
 actiones. et ideo a natura caput suum habet in
 corporis summo vt regat/ ordinet/ et disponat
 omnia que secundum nature ordinem sunt sub ipso. (si-
 cut enim dicit Galenus. sup. tegni galie.) Dispositio
 capitis totius scitur ex tribus. scilicet ex quantitate
 eius et figura. et quod est ex ipso/ et ex capillis.
 Nam caput debet esse medium et mediocre inter
 magnum et parvum et ad alia membra in quanti-

tate proportionatum. Caput enim si fuerit nimis
 parvum est illaudabile. signat enim defectum ma-
 terie et debilitatem virtutis informativae. simili-
 ter si fuerit nimis magnum non est laudabile.
 nam ex defectu virtutis operativae et supfluitate
 materie hoc procedit. vt dicit Galenus. Item figura
 capitis est rotunda et hoc propter passibilitatis
 et lesionis motionem et propter receptionem me-
 dulle cerebri ampliozem. Est autem caput ali-
 quantum oblongum et circa tempora aliquan-
 tulum planum. nam perfectio boni capitis quam
 in rotunditate disponitur ad similitudinem glo-
 bi terre inter manus vel ligna duo compressi.
 talis enim globus est rotundus/ et tamen aliqua-
 tulum in vtroque latere erit planus. In parte
 enim anteriori aliquantulum est acutum et eleva-
 tum et hoc ad retinendum ventriculum cerebri in-
 proza capitis ex qua procedunt nervi quinque sen-
 sus facientes. Simili modo parum acuitur a
 parte posteriori propter receptionem ventriculi
 in puppi ex quo procedunt medulle/ spondiles
 nervi motum facientes voluntarium. Item si-
 gnum bonitatis capitis est quando perfecte di-
 spositionis sunt illa que ex ipso sunt et sibi im-
 mediatius coniunguntur. vt si collum fuerit forte
 et mediocriter grossum/ et omnes nervi fortes et
 magni sunt/ et boni motus. Similiter ex capil-
 lis de capite procedentibus cognoscitur caput.
 Nam secundum eorum qualitatem et quantitatem
 ac velocitatem crescendi siue tarditatem de con-
 plexione capitis et interiori eius dispositione iudicatur.
 nam capilli multum spissi et crispi cito nas-
 centes calorem signant capitis et humorem et
 e converso (sicut dicitur inferius de capillis.) Ca-
 pilli enim bene dispositi quod diu adherent capi-
 ti ipsam custodiunt/ decorant/ et defendunt. ab-
 lati vero a capite et praecisi ipsum turpe reddunt
 vt patet in alopecia/ et in decalvans. Item ca-
 put ex multis ossibus constituitur. et hoc propter
 cerebri defensionem. Nam substantia cerebri te-
 nera est et mollis/ et ideo de facili liberetur nisi p
 interpretationem carnis et aliorum ossium in lesi-
 one extrinseca tueretur. Item caput aliquid habet
 de carnositate/ et hoc fuit necesse ad temperame-
 tum ossium et nervorum/ ne forte frigiditate ni-
 mia ossium teneritudo cerebri occasionaliter le-
 deretur. caput tamen in sua compositione parum
 habet carnositatis et pinguedinis respectu ali-
 orum membrorum. et hoc propter sensus vivaci-
 tatem et iuvamentum intellectus. Aristo. libro
 duodecimo. Item caput quantumvis in partem
 suam dispositione multam videat habere duntaxat
 potissime in ossibus. multam tamen in nervis habet de molli-
 tate et medulla. quia mollitiae ipsius cerebri in ossibus

De partibus huius corporis.

capitis indusi/ tota corporis machina irrogatur.
Item caput ex sua compositione prima multum
est nervosum. et hoc fuit necesse propter ossium dis-
similium coniunctionem. et etiam propter sensum et volun-
tarij motus operationem. Nam per nervum medi-
um anima movetur et sensum in corpore operatur
et sine nervo descendente a capite membrum me-
bro nullatenus copulatur/ immo si impediatur
virtus effluens a capite per nervorum vitium/ et
corruptelam totius corporis dissolvitur uni-
tas et compago. Item caput totius corporis est
caminus siue rectum/ siue coopulatum. et ideo
multarum fumositatum ascendentium de toto
corpore est in se receptivum. sicut itaque natura totam
substantiam capitis porosam occulte et mani-
feste. occulte/ ut per occultos poros occulte fumo-
sitatum supfluitates evacuetur. manifeste ut
per emunctoria et foramina manifesta grossiora
ne caput lederent/ purgarentur. Item sunt alie
que capitis proprietates quendam nature defe-
ctum representantes. sicut patet in capitibus mon-
struosis. Dicit enim aristoteles. lib. xij. quod aliquando
contingit unum esse cor in animali/ et tamen ap-
parent duo esse capita vel plura membra et e-
verso. Aliquando videntur esse plura capi-
ta et alia membra/ et tamen ibi non est nisi unus
cor. sed hoc totum monstruosum est. et hoc non
accidit nisi errore nature vel ex supflua materia
vel ex virtute defectiva (sicut probat aristoteles. lib. xvij.)
ubi dicitur. **C**ausa monstruositatis talis
non est nisi in materia. et sequitur). **T**alis
monstruositas invenitur in animalibus gene-
rantibus multos filios sed in mulieribus raro
nisi in mulieribus egypti que multos pariunt
filios plusquam in aliis regionibus/ vel quam aliarum
regionum mulieres nisi ubi alie mulieres e-
gyptiacis sunt similes. Item caput cum sit radix to-
tius corporis et omnium corporaliu virtutum
primum principale fundamentum ipso bene
disposito et bene ordinato omnia que sibi sub-
sunt in meliori consistentia disponuntur. et ipso
versauice corrupto et corruptionis sint homata
paciente omnia inferiora corporis membra ne-
cessario patiuntur. Patitur tamen aliquando
et causa intrinseca. sicut ex illis passionibus que
nascuntur ex ipso cerebro et adiunctis eius ut pa-
tet in cephalicis freneticis/ epilepticis et huius-
modi. Aliquando vero capitur ex causa extrinseca. si-
cut ex aeris calidi et frigidi siue alias distempe-
rati immutatione/ siue qualicumque alia ratione
Item quandoque ex aliorum membrorum collis-
sione et associatione. ut patet. Nam ex stomacho
corruptis humoribus repleto fumositates reso-
lute ratione vicinitatis cerebrum percutit et conca-

uitates siquas inveniunt vacias replentes pellicu-
las cerebri comprimunt vel distendunt. et sic pun-
gendo cerebri pelliculas dolores inferunt et in-
dudunt. Item idem accidit ex nimia inactione
et abstinentia. ut patet in nimis astinentibus et
vigilantibus. quod videtur galieno. **L**oga vigilia ge-
nerat dolorem capitis. **I**tem idem patet ex
nimia repletione. sicut accidit ebriosis qui ex ni-
mio et superfluo fumo a vino resolutis cerebrum
percutit et pungente maximas infer capiti passi-
ones. Dicit etiam constantinus. quod omnis dolor capi-
tis qui est ex stomacho alleviatur quando stoma-
chus exinanitur. augmetatur autem quando sto-
macho repleto abus in malas qualitates imu-
tatur. **I**tem sicut dicit aristoteles. lib. xii. Natura
ordinavit in capite sensus et instrumenta sen-
suum secundum eorum dignitatem et secundam
animalis necessitatem et ideo posuit oculos in
anteriori parte capitis et superiori/ quod animal
debet videre quod est anterius. et quod sensus visus
ceteris subtilior est nobilior. **O**rgana autem audi-
tus posuit natura in medio capitis rotunda/ quod
auditus audit non recte sed arcuataque. **S**ensum
vero olfactus posuit natura post oculos quasi
medium inter visum et gustum. Nam ille sensus
visu est grossior. gustu vero subtilior. **U**ltimo
vero ponitur lingua que est instrumentum gustus
et tactus quorum operatio est circa substantias
magis grossas. unde sensibus sic ordinatis ca-
put est perfectum et totius corporis perfectio et
ornamentum (et sicut dicit aristoteles. ibidem. non
fuerunt ita bene posita instrumenta sensuum in
capitibus quadrupedum et brutorum. quoniam
auncule talium animalium sunt in parte superio-
ri capitis. et apparent ita/ quod tale animal non
est rectum neque erecti corporis / sed ad terram dedi-
nat. Deuiat etiam quandoque natura et errat in qui-
busdam monstruosis hominibus/ qui totum ha-
bent corpus hominis preter caput. nam belumam
habent faciem siue cannam (ut narat solinus.
Similiter errat natura in quibusdam anima-
libus monstruosis. sicut patet in lamia / que se-
cundum glo. super tres. caput virginem habet et
corpus beluinum. et dicitur quod quandoque lamie
possunt aliquem hominem comprehendere pro
muliebri facie blandiuntur/ et secum coire compel-
lunt usque ad defectum. et quando ulterius earum
libidini non potest satisfacere. ipsum dilaniant
moribus interficiunt et manducant.

Cerebrum (ut dicit constantinus. in pan-
teg. li. ii. c. xv. (est corpus album et li-
ne sanguine de spiritu et medulla
habens multum in cellulis tribus.

est distinctum / neruorum totius corporis est principium. inter duas pelliculas. s. piam matrem & duram est contentum / in summitate capitis tanquam in excellentiori loco corporis collocatum. sicut autem cerebrum naturaliter album / ut similitudinis cuiuslibet coloris esset facile susceptiuum. habet multum de spiritu / ut multus in eo esset motus. habet etiam multum de medulla ut caloris acumen generatum ex motu temperetur. parum vero habet de sanguine ne ei colore inficeretur / & sic omne apprehensum rubescere videretur. ideo etiam sine sanguine humidum ut cito in naturam sentiendi mutaretur (ut dicit constantinus). Ex tribus autem cellulis est distinctum quod cerebrum tres habet cavitates / que ventriculi a philosophis nuncupantur. in anteriori cellula siue ventriculo formatur imaginatio. in media ratio. in posteriori memoria & recordatio. Cognominatur pars anterior pro. posterior vero pars puppis vocatur. puppis minor est / quod pauci nervi ab ea procedunt. & est puppis dura ut nervi motui motum facilius patiantur. frigida etiam est & sicca. parum habet de spiritu / & medulla frigida / ut in ea melius fieret retentio. parum habuit de spiritu. ut fieret quietis generatio. parum habuit de medulla respectu anterioris / ut esset mediocriter dura / & sic forme impressio in ea diutius teneretur. Protra vero. s. pars anterior est maior / mollior / calidior / & liquidior. maior / ut nervi sensibiles ab ea procederent. mollior / ut sensibiles nervi ad susceptionem sensus facilius disponantur. calidior ut ad susceptionem forme imaginative aptior redderet. liquidior & humidior parum / ut nervus sensibilis facilius moueretur. Cellula vero inter primam & puppim media. calida est & humida plus ceteri habens de spiritu & medulla. de spiritu plus / ut perfectior fieret in ea ratio. discretio sicut in alijs membris sit per digestionem puri ab impuro separatio. multum habuit de spiritu / ut multus fieret motus. & multum de medulla ut temperaretur motus anime ut sic melius discerneret concepta. In istis tribus cellulis sunt tres operationes principales. quod in prima forma a sensibus apprehensa in fantasia siue imaginatione recolligitur / deinde ad mediam transmissa discernitur / postquam iudicium rationis ad ventriculum puppis transmittitur & memorie commendatur. sicut autem cerebrum rotundum ut capax sit spirituum / & ne facile patiantur. Ad defensionem autem cerebri fuerunt necessarii duo panes qui vacantur matres cerebri unus est grossus / scilicet dura mater. hic carneo supponitur / sed in medio cerebro ingrossatur /

& ad maiorem fortitudinem solidatur. non tamen immediate cum carne coniungitur / immo potius suspenditur & huc & atque illuc circa cerebrum substantiam dilatatae haec dura mater fuit necessaria ut piam matrem que ea tenerior est / a duricia carnis defenseret / & ut venas & arterias cerebri colligeret. et etiam si qua essent ibi spacia vacua impleteret. Secundus panniculus dicitur pia mater / quod dure matri supponitur / que mollior est dura matre unde substantiam cerebri circumvoluit / & predictas cellulas ab invicem separat & discernit nec superfluit pia mater. quia cerebrum ulterius venas recolligit. cerebrum etiam ne sua liquiditate diffluat / coadiuvando custodit. cerebrum etiam cooperiens & amplectens ipsum a dura matre defendit / insuper per venas quas habet cerebrum nutrit & per arterias quas continet / spiritum ei transfundit. Cerebrum est etiam membrum movens & regens omnia membra corporis interioris singulis sensum laiciens atque motum quo impedito omnia in corpore impediuntur / & bene se habente omnia que sunt in corpore / melius disponuntur. Dabet autem cerebrum hoc proprium quod sentit. & sequitur motum lune. qua crescente medulla cerebri crescit. qua deficiente / diminuitur in substantia & virtute. Nam tunc in seipsam se contrahit & alij spiritui ita libere non obedit. & hoc patitur lunaticis & in epilepticis qui in novilunio & plenilunio potissime molestantur. Et hoc est quod dicit aristoteles. li. xij. Cerebrum (inquit) quod nimis exsiccat vel humectatur. non facit suum opus / sed infrigidat corpus & liquefacit ipsum spiritum. & ideo accidunt infirmitates & amissio intellectus & tandem mors. Item animalia nimis magnum cerebrum habentia sunt multi somni. & hoc forsitan dicit propter humiditatem multam que inde resoluta in fumum opilante meatus cerebri includi somnum. Item alibi ibidem. Cerebrum non habet in se vel ex se sensum tactus sicut nec sanguis / nec alie superfluitates animales. & non est in corporibus omnium animalium nec ad salvandum naturam. & quod mirum est cerebrum omnibus corporis partibus sensum tribuit / & tamen de se & in se nihil sentit. Item ibidem sentit idem. Omne animal habens sanguinem & solum / habet cerebrum vel aliquod membrum conveniens loco eius. sicut animal multipes. & sic simile. & quavis sit in omni animali sanguinem habente. nihil tamen sanguinis continet in substantia medulle sue (sicut dicit aristoteles in tertio libro.) Item aristoteles libro de animalibus sexto. cerebrum est frigidum substantialiter & humidum & ideo fons caloris animalis scilicet cordi est oppositum ut scilicet humectetur.

De partibus huius corporis.

et temperatur supfluitas caloris et siccitatis arteriarum/ ex quibus rebe cerebri est cortex. nam ex corde procedunt arterie (sicut dicit haly.) ex quibus proponitur rebe mirabile in quo quasi involuitur cerebrum et in illo rebe digerit spiritus animalis et per ipsum spiritum fit penetratio virtutum cerebri ad alia membra. et ideo ut dicit ar. ibidem quod cerebrum est primum membrum in creatione animalis post creationem cordis. Galie. tamen dicit quod cerebrum bene complexionatum debet esse in quatuor qualitatibus temperatum. sed sicut ibi dicit haly. complexio cerebri naturalis magis est frigida et humida quam sit calida siue siccata quod fuit necesse ad in frigidationem predictae rebe et ad mitigationem caloris accidentalis cerebri qui accidit ex assiduitate sui motus. Item ar. li. xv. homo inter omnia animalia siue quantitatis maximam habet cerebrum. quia cor maxime est caloris unde propter caloris dominium et bonitatem complexionis est homo boni intellectus et intelligentior animalibus. Et non possunt infantes longo tempore caput portare rectum propter cerebrum magnitudinem et ponderositatem donec a calore cordis mediantibus arteriis a suo pondere allevientur. Bona vero cerebri dispositio sicut et mala per suas cognoscit actiones. Nam si fuerit substantia cerebri mollis dura ac puia/ de facili recipit formarum impressiones et sigillationes. unde propter velocitatem sigillationis formarum rebe/ est habens eam bone et velocis discipline. quando quod vero e converso est non mollis vel est turbida/ efficit habens eam durius et tardius recipit impressionem vel impressiones. sed tamen cum recepte fuerint/ receptas diu seruat quod est signum siccitatis sicut fluxibilitas et labilitas est signum humiditatis. ut dicit haly. et sic de aliis qualitatibus intelligendum est. verbi gratia. Si vero fuerit quod sollicitus consuetudinaliter mobilis/ instabilis audax/ iracundus/ calidum cerebrum videtur talis habere. e converso se habens frigiditate pretendit. Si vero fuerit piger/ obliuiosus/ somnolentus/ humidum nimis designat et e converso. si fuerit multum vigilans et memoria tenax deignat siccum et vero excedens fuerit cum caliditate humiditas multe sunt supfluitates et multe accidunt capiti infirmitates. Nocet autem calida et humida et potissime meridionalis aer et profert septentrionalis ad eum somnus. nec potest longo tempore vigilare. et quando dormit/ accidit ei subter/ id est quies falsa. visum habent torbidum et sensus non datus. Si vero excesserit cum caliditate siccitas/ peiora accidunt sint hominata. nisi quod tot supfluitates non generantur sensus. Siquidem sensus habent tales sensus datus/ et a supfluitatibus mundos. sed

plus vigilant quam alii homines et sunt aiosi/ vani/ qui et instabiles. et cito accidunt talibus caluities post adolescentiam/ quauis in eis precesserint multi crines. Similiter si excesserint frigiditas cum siccitate/ solent tales habere claros sensus et mundos meatus a supfluis in iuuentute et omnino sine infirmitate. sed quando prenditur etas de leui causa debilitantur et velocius senectus festinat et apparet cito in capite. quia eis aduenit cito canis. et si fortior fuerit siccitas quam frigiditas cum canicie efficiuntur calui. Si vero fortior fuerit frigiditas caluities non accedat. Quando vero excedit frigiditas cum humiditate accidit profunditas somni et sensus eius sunt mali et superfluitates multe. et si intendatur frigus aut humiditas/ patiens incidit in apoplexiam. vel in paralysim/ vel in mortem et non accidit habenti hanc dispositionem caluicium. ut dicit galie. in regni et in comen. dicit idem haly. Et de proprietatibus capitis et cerebri dicta sufficiant.

Caluaria est arterio: pars carni ab ossibus caluis sic dicta propter capillorum defectionem. et neutra cum pronunciatur. unde dicit Isido. li. xi. c. ij. Sicut verter dicitur superior pars capitis exterius ubi capilli capitis colliguntur et in qua cessant verter/ unde et nuncupatur sic occiput dicitur pars capitis posterioris quasi contra caput. caluaria capillis spoliatur cito propter eius siccitatem. vertex tardius. sed occiput tardissime siue nunquam propter humoris supfluitatem. De capillis autem quere infra eodem

Oculi (ut dicit Isido. li. xi. c. ij.) quasi occulti sunt dicti. quia eorum aliorum tegmina occultant ne alicuius incidentis iniurie ostensione ledantur siue quia occultum lumen et secretum positum intus habent. ubi inter omnes sensus sunt anime viciniores. Nam in oculis omne iudicium mentis est. unde anime perturbatio vel hilaritas in oculis apparz. similiter amor vel odium. et ceterae passionis. Dicuntur et lumina. quia lumen exterius accipiunt et acceptum comunicant et refundunt. Sunt autem oculi instrumenta visus ut dicitur constan. et sunt duo. ut si forte visus pateretur eius defectus per alterum suppleretur. et quoniam oculus est loco speculatoris/ ideo locauit natura oculos in eminentiori loco corporis. Sunt autem decem cause ipsius oculi substantiam componentes. scilicet septem tunice et tres humores. Inter humores vero primus albugineus. secundus crystallinus. tertius vitreus. Septem autem tunice sunt septem pellacule siue tele que circundant.

illos humores et ab invicem distinguunt. in quibus/ vel in quorum medio format visus et sic sunt a natura invicem ordinare quod quatuor sunt a parte anteriori/ quarum prima dicitur tela aranea/ secunda vvea/ tertia cornea/ quarta coniunctiva. Tres vero sunt a parte interiori. scilicet retina secunda/ et sclerotica. i. dura ut post patebit. Inter hec autem omnia unum solum est visus instrumentum. scilicet humor crystallinus a crystallo sic dicitur quod crystallo in colore sic assimilatur. Est igitur crystallinus humor (sicut constat) albus/ lucidus/ clarus/ in superficie planus/ in medio omnium aliorum collocatus. et hoc modo/ ut ei ab alijs omnibus equilater servetur. fuit etiam purus/ clarus/ et diaphanus/ ut cito in oppositos colores transiret et omnium colorum indifferenter similitudine immutaretur. fuit etiam rotundus in forma et substantia/ ut non facile lederet/ nec in eius angulis superfluum aliquod colligeret/ nec casualiter pateret. Sed ne nimia rotunditate nimis esset mobilis habuit aliquam planitatem/ ut ad moderantiam eius velocitas duceret. nam omnis res que penitus rotunda est in sua latera instabilis est et non firma ut dicitur constat. quod autem per istum humorem habeat fieri visus patet per hoc quod si aliquid inter ipsum et spiritum visibilem induderet ut lumen vel aliud actus videndi auferret/ cum spiritus visibilis ad ipsum penetrare propter obstaculum non valeret. Dicitur autem humor iste a partibus cerebri superius per vias et diaphanas. et hoc proprie est pupilla siue medius oculi punctus ibique est proprie vis videndi/ ubi nobis proprie videndum relucet quedam imagines velut in speculo apparentes. sed de hoc infra dicitur. Dicitur autem humor in medio aliorum duorum collocatus. scilicet vitri/ et albuginei. Vitreus autem humor a parte interiori albugineus vero a parte anteriori. Vitreus autem humor ad modum vitri purus est/ et perspicuus. et arabice dicitur gelados/ cuius iuuamentum est duplex. Primum et principale est quoniam sanguinem nutriturum crystallinum humorem suscipit ipsum et dealbat et apratur sic facile convertatur in substantiam crystallinam. Non enim fuit conveniens ut tam purissimus humor purum susciperet nuntius quod quidem fieret si sanguis rubeus non digestus/ non dealbatus non sublevaretur crystallino humori/ occasione aliqua se misceret. Aliud etiam est iuuamentum ut prohibeat humores crystallinum et a tractu et asperitate tunicarum que respectu ipsius dure sunt plurimum atque grosse. Alius vero humor. scilicet albugineus/ qui alio nomine dicitur euagaydos est a parte anteriori quod etiam dupliciter iuvat crystallinum. Nam prohibet eius lesionem et sua humiditate temperat crystallinos vel crystallini siccitatem/ cum albugineus sit humor in oculis magis humidus/ et crystallinos magis siccus. spissitudine etiam sua aliquantulum spiritum visibilem aggregat et confortat. Iste tres partes oculi licet vocentur humores. non tamen secundum veritatem sunt humores. quod non sunt liquide et fluxibiles et humores/ sed longe maiorem habent in se humoris densitatem. Sunt etiam corpora vegetata et habentia virtutes innatas quod alicui humorum non convenit. dicitur tamen humores propter maiorem mollietatem et perspicuitatem quam habent quam cetera membra corporis. et magis sunt obediencia quam alia organa sensibilia actioni animalis spiritus et virtuti. hi tres humores ne pariter commisceantur tunicis interioribus et exterioribus ab invicem separantur. Ordinantur itaque quod iste septem tunicas in hunc modum. nam iuxta crystallinum humorem a parte interiori immediate est tunica que dicitur retina a venis et arterijs pie matris est orta et coacta in modum retis/ portans secum abum ad vitreum humorem/ et cum suis nervis sensum ad crystallinum transmittit. post retinam vero immediate sequitur tunica secunda/ na ab ipsa pia matre generata/ que retinam nutrum defendit ne rupta casu aliquo aut ledaatur. Tertio sequitur tunica que dicitur sclerotica id est valde dura a dura matre cerebri. procedens a tunica ossis omnia alia defendens. et est quasi ligamentum oculorum. A parte vero anteriori immediate iuxta crystallinum humorem est tela aranea. sic propter sui subtilitatem dicitur/ ut esset spiritui pura ex subtilioribus partibus retine tunice generata. hec autem tunica posita est inter crystallinum et albugineum humorem prohibens eos commisceri. hec tunica scilicet aranea coniuncta cum interiori retina ipsum facit orbem. nam hec due tunicas intra secludunt humorem crystallinum. Post hanc sequitur tunica vvea sic dicitur eo quod vvea nigri assimilantur in colore et hoc sano nature consilio. Nam omnia predicta in compositione oculi erant alba et clara et spiritus visibilis disgregatus. et ideo necessaria fuit tunica vvea/ ut sua nigredine lumen in oculo aggregaret. nam nigredo est congregativa visus hec etiam tunica ad modum spongie est quodammodo porosa/ et vinosa nervorum secundum constat. continens fila ut crystallinum humorem a superflua humiditate depuraret et spiritum circumstantibus alijs ministraret. Hec tunica vvea a parte anteriori cum tunica secunda in parte interiori coniungitur. Due coniuncte faciunt secundum orbem. claudentes intra se albugineum humorem. quem ibi collocavit natura ut spiritum dare faceret/ et

stallidos vel crystallini siccitatem/ cum albugineus sit humor in oculis magis humidus/ et crystallinos magis siccus. spissitudine etiam sua aliquantulum spiritum visibilem aggregat et confortat. Iste tres partes oculi licet vocentur humores. non tamen secundum veritatem sunt humores. quod non sunt liquide et fluxibiles et humores/ sed longe maiorem habent in se humoris densitatem. Sunt etiam corpora vegetata et habentia virtutes innatas quod alicui humorum non convenit. dicitur tamen humores propter maiorem mollietatem et perspicuitatem quam habent quam cetera membra corporis. et magis sunt obediencia quam alia organa sensibilia actioni animalis spiritus et virtuti. hi tres humores ne pariter commisceantur tunicis interioribus et exterioribus ab invicem separantur. Ordinantur itaque quod iste septem tunicas in hunc modum. nam iuxta crystallinum humorem a parte interiori immediate est tunica que dicitur retina a venis et arterijs pie matris est orta et coacta in modum retis/ portans secum abum ad vitreum humorem/ et cum suis nervis sensum ad crystallinum transmittit. post retinam vero immediate sequitur tunica secunda/ na ab ipsa pia matre generata/ que retinam nutrum defendit ne rupta casu aliquo aut ledaatur. Tertio sequitur tunica que dicitur sclerotica id est valde dura a dura matre cerebri. procedens a tunica ossis omnia alia defendens. et est quasi ligamentum oculorum. A parte vero anteriori immediate iuxta crystallinum humorem est tela aranea. sic propter sui subtilitatem dicitur/ ut esset spiritui pura ex subtilioribus partibus retine tunice generata. hec autem tunica posita est inter crystallinum et albugineum humorem prohibens eos commisceri. hec tunica scilicet aranea coniuncta cum interiori retina ipsum facit orbem. nam hec due tunicas intra secludunt humorem crystallinum. Post hanc sequitur tunica vvea sic dicitur eo quod vvea nigri assimilantur in colore et hoc sano nature consilio. Nam omnia predicta in compositione oculi erant alba et clara et spiritus visibilis disgregatus. et ideo necessaria fuit tunica vvea/ ut sua nigredine lumen in oculo aggregaret. nam nigredo est congregativa visus hec etiam tunica ad modum spongie est quodammodo porosa/ et vinosa nervorum secundum constat. continens fila ut crystallinum humorem a superflua humiditate depuraret et spiritum circumstantibus alijs ministraret. Hec tunica vvea a parte anteriori cum tunica secunda in parte interiori coniungitur. Due coniuncte faciunt secundum orbem. claudentes intra se albugineum humorem. quem ibi collocavit natura ut spiritum dare faceret/ et

De partibus hūa. corpo.

cristallino hūoꝝ hūiditatis naturaz ministraret
Post hanc immediate sequitur tunica que ab
effectu dicitur cornea. quia cornu lucido ē simi-
lis et perua est/ et spiritus visibilis ratione sue
transparentie et ratione aliquantule densitatis
sue est agregatiua. visus est aliquantulum co-
operatiua. ratione etiam sue fortitudinis et co-
adherentie a nocuentis exterioribus est inte-
riorum fortium minus defensiva. et hec tunica
que dicitur cornea atq; interiori scilicet scironica
coniuncta alium facit orbem. Nam he due tu-
nice scilicet exterior cornea et interior scironica
vitream humorem orbiculariter in se claudunt
Ultimo autem in superficie oculi exterius po-
nuntur coniunctiua. que a carneo descendens nō
rotam tegit oculum sed consistit in angulis oca-
lorum eos scilicet ligans et retinens vt in debi-
ta maneat fixatione.

Ad oculum autem sic depositum et per-
fecte organiatū defertur spiritus visi-
bilis per hunc modum. A proza enim
id est ab interiori parte cerebri exeunt duo ner-
ui concaui qui dicitur obtici qui in substantia
cristallini humoris se infigunt. hi duo nerui con-
caui transversaliter per modum cruras infigū-
tur in oculis et intermino siue puncto contactu
coniunguntur. et hoc in geniose facit natura vt
altero clauso vel ipedito spiritus vitalis ad al-
terum se transferat. et ibi perfectius suam com-
pleat actionem. vnde tunc pupilla in videndi
actu confortatur propter virtutis visive coadu-
nationem. vt patet in sagittarijs qui vno oculo
clauso directus iaculant et sagittant. Item
ideo pariter connectuntur vt ex mutua sustenta-
tione efficiantur fortiores. Item ideo conueni-
unt in termino contactus/ vel vnum duo videri
atur. quod fieret si vterq; oculus proprium ido-
lum videret. vnde oportet qd virtus visiva con-
tinetur ad vnum organum in quo sit vna virtus
fontalis deriuata in pupillis (sicut dicit auctor
perspective) vt patet in illis qui oculis digitos
supponunt/ in quibus vna depressa pupilla re-
liqua eleuatur. vnde et spiritus visibilis diui-
ditur et vna res duplex videtur. et hec est causa
quia lumen ab vno oculo tendit sursum. et ab
altero excedit retrorsum. vnde radius ab vtroq;
oculo extens tangens extrema rei medium inter
cidente acre non penetrat. vnde duo videt cor-
pora/ cum tamen non sit nisi vnum. non tamē
omnis strabus videt sic. quauis sint oculi in-
equales. quia radius pyramidalis recta linea
egredietur ad superficiem rei vise. sicut supra
dictum est de sensu visus supra li. iij. Oculus
igitur bene dispositus consideratur quātz ad

perfectam partium suarum compositionem vt
supra patet. Item quantum ad situationem.
locum enim sibi vendicat superiorēz ppter sue
subtilitatis dignitatem et maximam quam bz
cum anima vicinitatem (vt dicit Irido. et anis.
Item quantum ad quantitatis debitam pro-
portionem. non enim debet esse nimis pminēs
et erectus/ quia signat perturbationem discreti-
onis. nec nimis profundus quia signat defe-
ctum nature et virtutis. mediocritas igitur est lau-
dabilis. Dicit tamen ansto. libro. xij. Profun-
dus visus videt a remotus. Nā motus est an-
teq; exeat de organo visus non diuiditur neq;
consumitur. sed directe vadit radius visibilis
ad res visas sicut patet supra de visu. Item cō-
sideratur quo ad motus diuersificationez. Nā
in motu debet esse mediocritas qz si fuerit oca-
lus nimis mobilis signat excessum caloris et p-
nosticat mentis instabilitatem et affectionum
mutabilitatem nimis vero tardus motus con-
trariam signat dispositionem. s. excessum frigi-
ditatis et pertinaciam effectus et voluntatis.
Mediocritas igitur motus laudabilis est quia
signat facilem mentis apprehensionem/ et in-
apprehensibilem debitam fixationem. vnde dicit an-
sto. li. xij. Clausura oculi debz esse mediocriter
festina. qz si fuerit multe apertionis et pauce
clausure et verecundia denotatur et stultitia (si-
cut dicit in li. i. Si vero fuerit nimis tarda ap-
tio designat defectum virtutis et compactionē
materie in nervis que actioni spiritus non obe-
dit. vt patet in litargijs. Item considerantur o-
culi proprie quo ad sue actionis perfectionem
qz oculus si fortis est apprehensionis et de fa-
cili sine reuerberatione iudicat de obiectis bo-
nam dispositionem signat vt patet in oculis a-
quilinis qui solem in sua rota apprehendunt
actio autem oculi consideratur secundum acu-
tum et obtusum. Nam cuius visus subtilis fa-
cit et multus remota et ppinqua apprehen-
dit. qz multus videt remota. qz vero subtilis ē
discernit ipsa visa. Oculus. n. pui visus (sicut
dicit an. li. xij. nō bene videbit a remotis spūs
vero grossus et multus remota videt/ qz multus
sed nō pfecte/ qz grossus. paucus vero et subti-
lis videt ppe et pfecte/ s. nō videt a lōge/ pp vi-
sibilis spūs paucitate. qz qd videt pfecte vidz
ppter eius subtilitatem. paucus vero et grossus nō
videt longe ppter sui paucitatem. neq; pfecte/ p-
pter sui grossitudinē. secundum vero qd quis bz
spm visibilem magis grossum et turbidum tā-
to difficilior est et debilioꝝ habet videndi ac-
tum. Item consideratur oculus secundum co-
loris variationem. quia secundum ansto. li. xij.

Oculi in principio generationis habent viridem colorem, deinde mutantur in nigredinem vel glaucitatem vel quemcumque medium colorem in eis indecentem. Nam si fuerit humor multus et spiritus visibilis paucis in aliquo accidente perturbatus, color niger in eo fortificatur. Si vero fuerit humor paucus et spiritus visibilis debilis, erit color glaucus. Nam (sicut dicit aristoteles) glaucitas quidem oculorum motus debilitatis est. Si autem fuerit humor mediocris et spiritus fuerit temperatus ex causis convenientibus ad albedinem et nigredinem color erit varius. Oculi igitur si fuerint nigri, de die erunt visus acuti propter luminis et humoris in organo visus aggregationem, de nocte vero erunt obtusi, quia lumen noctis est debile et humor nocturnus est naturaliter grauioris motus. **U**t dicit aristoteles. Oculus vero glaucus e contrario debilis est de die, de nocte vero fortis quia cum materia glaucitatis ex se sit lucida ad iunctura lucis diuine multum disgregatur, et ideo in actu videndi manente luce spiritus visibilis debilitatur. De nocte vero visibili in oculo coadunato, claritate intra humorem paucum preterea modum recedente permanet in oculo potentia videndi et iterum obscura aliquantulum iudicanda, ut patet in munitione legis. Item consideratur per partium circumstantiarum dispositionem sicut ex alijs, et super alijs quod si fuerit oculi, scilicet alia cooptoria intus carnosum et humorum superfluo repleta visum impediunt, quod huiusmodi alia aerem grossum propter paruitatem sui motus non intercedunt. Si lacrymale quod sequitur ad angulos oculi fuerit multe carnositatis, sicut accidit oculi milui, signatur astutia et fortunatio mala. Alias proprietates oculi que re supra in tractatu de sensu visus, et hec de oculi compositione et effectu dicta sufficiant.

Pupilla secundum Iulium, li. xij. c. ij. est medium punctus oculi ubi est vis videndi in qua quia parte imaginum videntur pupilla appellatur, paruuli enim pulli appellantur. Vocatur autem pupilla eo quod pura sit et impolluta ut puella. Dicunt autem philosophi easdem pupillas quas videmus in oculis per triuennium morituros non habere quibus non visis certa desperatio est, habet autem circa se quedam circulus que corona dicitur qua discreta nigredine albe pres oculi a pupilla separantur, hec corona rotunditate sui ornati ambitum pupille et in ipsa consistit maxima oculi pulchritudo, huiusmodi ysaie. Sicut autem dicit beryllus, pupilla est in qua formantur imagines eorum que videntur in oculo, omnia autem que sunt in oculo

et tunicis et humoribus aut sunt in aera pupillam aut ei seruentia, et ideo sedet in medio omnium ut regina, parua siquidem est pupilla in quantitate, maxima tamen est inter omnia membra in virtute, et ideo maxima sicut et minima comprehendit, interius a spiritu a cerebro veniente, exterius vero a lumine immutat, unde mediante luce rei obiecte speciem in se recipit et recepram anime iudicio transmittit. Nam a singulis partibus rei vise confluunt linee que faciunt pyramidem cuius conus est in pupilla, et basis in re visa, sicut supra de visu est ostensum, quere ibi, hec pupilla omnium colorum et figurarum rerum superficiem exprimentium est distinctiua et diiudicatiua, in medijs coloribus et figuris siue formis delectatur. Corumpitur autem in extremis aut saltem propter disconuenientiam commistatur, ut dicit philosophus. Item omnia que extra ipsam sunt sibi obiecta videt et diiudicat seipsam autem nunquam videt per lineas rectas super quas venit species rei vise ad visum, sed quando se videt, hoc accidit per radiorum reflexiones, quando primo multiplicatur species rei vise a re ad speculum, et a speculo fit reflexio ad visum (sicut dicit auctor perspective) et ideo forsitan spiritus visibilis in aspectu speculi delectatur quia per radiorum reflexionem quasi in se reuersus fortificatur, et quodammodo roboratur. Item pupilla omnia sub angulo comprehendit quod siue radij a pupilla ad rem visam exeant siue a re visa ad pupillam redeant semper in pupille medio siue centro tanquam in cono angulariter vniuntur, nam angulis duarum linearum alterius est contractus et ideoque omnes linee per quas formatur visus vniuntur et quasi angulariter a pupille cono, ideo bene et proprie dicitur a philosopho quod oculus omnia videt sub angulo. Item inter omnes partes corporis maxime est sensibilis et propter nobilitatem sue complexionis maxime est passibilis, et ideo citissime leditur sed difficillime reparatur, et ideo natura dedit ei naturam defendendi, scilicet tunicas et cooptoria ut sic resistent facilius carni interius vel exterius inferentibus lesionem. De his autem oculi et pupille passionibus, quere infra in tractatu speciali, lib. vi.

Alia sunt oculorum tegmina a celando sic dicitur eo quod oculos regant et celant tuta custodia, ut dicit ysaie, li. xij. c. ij. Sunt autem alia in substantia nervosa et tenua propter facilitatem motus, quod suo motu continuo aerem intercedunt, et sic a lesione aeris externi custodiunt oculos et defendunt, hec alia palpebre dicuntur quia palpitando semper mouentur, assidue enim ad inuicem concurrunt ut assiduo

motu reficiant obtutum. ut dicit tam *constan.* *q* *psodo.* sunt munite palpebre villis pilorum ut apertis oculis si quid incidit vel occurrere repellatur et ut involutis ipsis securus et quiens dormiatur. Item ut aerem medio ceter intercedendo viuificent et sic visum serenum custodiant et cōseruent (huic *psido. c. ij. supra dicto* *Secundum constan.* aut palpebre habet pilos nō omino rectos sed in extremitatibus medio ceter reflexos et hoc ingemata est natura ut habilius se claudent et fortius si quod impedimentum occurreret ei efficacius obuiarent. Item hec alia in crescendo determinatam habet quantitatem a natura. et ideo eorum pili non se extendunt nec cresunt ut capilli. Sed determinatam habent portionem. et ideo secundum *constan.* palpebre nō sunt molles nec porose sed potius dure ut pili crescentes sint duri et reflexi et nō nimis in crescendo se extendant sicut herba crescit in terra dura modica fit et erecta et non illa que in terra molli. Das palpebras et alia fecit natura. ut essent corpori ornamenta et oculis iuamenta. Unde dicit *ansto. li. iij.* q̄ omne animal generans et solum habet pilos in palpebris. et omne animal quadrupes claudit oculum per palpebram superiorē. auis autem loco palpebre habet quoddam cooptorium ad custodia sensus visus et claudit oculū p̄ telā quādam appropriatam extremitatibus oculorum. et quia natura oculi est aquea et humida indiget tali custodia. Item omnis auis claudit oculū palpebra inferiori sed animal quadrupes a superiorē. Item omne animal carens palpebris est debilis visus. ut patet in piscibus / leporibus / et bmdō. ut dicit *ansto. li. iij.*

Superalia sunt dicta eo q̄ alijs sūt supposita. que ideo pilorum multitudine sunt vestita / ut sunt oculis iuamenta ad depellendū humorē vel iudorez de capite influentem. Inter alium vero est illud medium spaciū quod est inter supalia siue pilis (ut dicit *psido. li. xi.*) Sunt autē supalia aliorum iuamenta (s̄m *constan.*) ne quid nocuum extrinsecus adueniat. phibentia. sūt et honestantia / q̄ nullus sine eoz p̄sentia decorat. Dabent autē supalia quandā vim latentē passionem aie indicatiuam (s̄m *ansto.*) q̄ cum fixerint supalia recta sicut linee p̄cedūt femineā molliem vel aīmi leuitatem. Item superalia dimissa et nimis pressa vel depressa signant inuidum. sicut dicit *ansto. li. i.* Item supalia eleuata et in pilis spissa aimositatem p̄cedunt. de paupata vero a pilis et oblonga tumiditatem. Item si fuerint spissa et longi pili visum

quodam modo obumbrantia excessus caloris signant. Item si fuerint multe carnis et pauca pilositas sensum durum signant et obtusum et frigiditatem in mēbris principalibus dominātem. Item si fuerint pilis spoliata aut interiorē signant sanguinis corruptionem. ut patet in leprosis. aut naturalis humoris cōsumptionem ut in ethicis et similibus. aut meatū et vitium humorum opilationem. ut patet in castratis et dicuntur crescere contra senectutē in tantum q̄ visum impediunt nisi rescindantur ut dicit *Ansto. li. iij.* Item dicit idem *li. iij.* In frequenti coitu nimis cadunt pili superalioz vel albescunt. quod quidem accidit p̄pter humiditatis consumptionem / et p̄pter defectum virtutis / et p̄pter frigiditatis cerebri angimentationem. Nam nimia siccitas caluiciem generat. superabundans vero frigiditas caniciez introduxit sicut supra dictum est.

Frons ab oculoz foraminibus est nominata. ut dicit *psido. Dec. n.* quandam animi imaginationem et initium mentis sua specie exprimit dum leta vel tristis est. Secundum autem veritatem essentialē est frons (ut dicit *constan.*) os semicircularē nec multum durum nec multum molle. q̄ ideo fuit necessarium. ut esset temperamentum ne lederetur vicinitas oculorum. pelle autē et trinfecata est ad sui defensionem ad alioz organoz sensibiliū continuationem et ad totius capitis decorationem. totius enim animalis virtuositas potissime in frōte lucet. frōs enim (ut dicit *phīs.*) sedes est verecūdie et honoris. et hoc quidem est p̄pter vicinitatē imaginatiue virtutis. eius virtute tristis vel leta. decentia vel indecentia rationis iudicio subito deferuntur vbi utiq̄ discernuntur. frons itaq̄ omnium nervozum a cerebro descendentiū ad sensum p̄ficiendū quodāmodo tunis est et defensaliū infra cuius concavitatem descendūt nerui ad omnia instrumenta sensum inferiorū quozum ministerio de omnibus obiectis sensum apud rationis domicilium fit iudiciū. v̄s̄ secundum *grego.* frons est dignissima pars capitis exterioris vbi imprimuntur caractens signum salicet signum iustitiae et salutis. ut signaculum crucis quod quondam erat supplicium modo loci habet in frontibus imperatorum. frons igitur bene disposita omnia predicta manifeste sed si fuerit a medio ceterate degenerā alia s̄m p̄bm pronosticat et figurat. dicit. *n. ansto. li. i.* Qui frons fuerit magna signat ponderositatem dedinantem ad stultitiam et q̄ fit iter medio ceterate parua signat bonitatem p̄tūis

sed quando nimis elevatur et quasi in superfi-
cie rotundat/ excessum signat colere et feruoris
et tales sepe dispositi sunt ad colericas passio-
nes sicut ad furesim/ et furorem. srons autem
respectu aliorum membrorum faciei modice est
carnositas et pinguedinis. cuius causa est (se-
cundum haly. et aristo.) quod carnositas et pin-
guedinis supfluitas impediunt intellectum. et
ideo nimia carnositas in fronte cum quadam
relucencia et extensione cutis signum est corru-
ptionis. ut patet in leprosis. Item nimia frontis
attenuatio/ et superficialis pellis corrugatio i-
tenore designat cerebri defectum/ et humoris
substantialis finalem consumptionem. ut patet
in antiquis senio vel morbo longissimo tem-
pore manitis.

Timpus vel timpa dicitur illa capi-
tis membra ad dextram sinistram
et capitis adiacentia. que sic dican-
tur. quia sui mobilitate continua quasi inernal-
lis temporum immutat. ut dicit Isido. li. xi. c. ij.
Sunt autem tempora sibi constant. ossa vniuersa
posita in lateribus oculorum constituta/ que qui-
dem aliquantulum sunt mollia et nervosa. et
fuit necessarium propter sensum et motum oculo-
rum proficiendum. Nam per tempora ad instrumē-
ta sensum mediante nervis spiritus animalis
defertur/ et per eandem antonomiam spiritus vi-
talis per quasdam arterias a corde ad cerebrum
demandatur. unde propter nervorum sensibilitatem
et propter arteriarum venarumque pulsationem in lo-
co temporum colligantur sunt passibilia et fa-
cilia ad lesionem. unde animal percussum in lo-
co temporis de facili moritur. quod (sicut dicit ar-
isto. li. xix.) percussio que cadit super ossa tempo-
rum mortalis est. quod si in eis contingat vulnus/
animal perditatur. et hoc accidit. quod humor qui
est in temporibus cito exit propter ossium tenui-
tatem/ et tempora citius canescunt propter hu-
oris paucitatem et siccitatem in eis dominantem
et propter convertibilitatem ad naturam frigidita-
tis. Item tempora interius villosa sunt aliqua-
tulum. unde humorem a cerebro vententem re-
cipiunt/ signum et somnum oculis inducunt. et
si illi villi fuerint compressi/ per eliquationem
contenti humoris/ oculos lacrimari faciunt.

Auris est instrumentum auditus et
est dicta auris a vocibus hauri-
endis. quia greci ipsam vocem au-
densidem vocant. Unde dicitur aures quasi au-
des. vox enim repercussa per earum anfractus
administrata sonum facit quo sensum excipi-
unt audiendi. Summa auris particula dicitur
pinnula. pinnam enim antiqui aurium vo-

cant. Nec Isido. Est autem auris proprie que-
dam substantia cartilaginea que duabus cau-
sis fuit necessaria. Defendunt enim ne quid no-
cium in auditum cadat. sicut oculos defendunt alia
Preterea auditum adiuvant. Nam vox paul-
si aeris cum venit ad cartilagineam ibi fortiter co-
adunatur unde intrat foramina que sunt audi-
tus propria instrumenta. Sunt autem hec foramina
in petroso osse constituta/ in quibus nervi de-
scendentes a cerebro sunt infixi sensum et motum
aurebus deferentes et immutationem vocis in fo-
raminibus receptam iudicio anime deferentes. et
sunt hec foramina sicut rotularum transuersa. Et
hoc ne frigidus aer nimis cito intret et interio-
res panniculos sive nervos ledat. et ne aliquod
nocuum incidat/ quod auditum impediat instru-
mentum (ut dicit in panthe. li. iij. c. xv.) pantiur
aurebus multipliciter. quod aliquando ex aposte-
mate in aure existente. unde et sanies egreditur
ab aure. Item ex venibus foramen ab extrin-
seco intrantibus. vel ex putredine humoribus in-
trinsicis nascantibus. quorum signum est prurigo
intra aunculas et trillatio et sentis eorum moro
Item ex superflua carne atque venuca pantiur au-
ricula quando mali humores in ea coadunantur
Item pantiur ex mala dispositione nervi aure
ingrediens. sicut patet in senitu et timitu et
bimoi. que contingunt ex ventositate in panni-
culis cerebri se daudente in parte nervi pantiur
Item pantiur ex grossis humoribus illic se mo-
ventibus. et tunc sentitur gravitas capitis cum
sonitu et timitu. Item deficit auditus ex defe-
ctu virtutis audibilis vel ex corrugatione et co-
treactione nervi sensibilis. sicut in senibus co-
tingere consuevit. Item aliquando fit surditas
cum puer procreatur in utero quando natura
negligit instrumentum auditus perforare. et
est propter sui defectionem/ vel propter naturam
quam inuenit sibi natura inobedientem. Item
pantiur ex acuta egritudine cum colericis humo-
res ad cerebrum ascendentes auditum impedi-
unt. hoc adiuvat si per digestionem colera pur-
getur. unde dicit in ampho. Surdis si solu-
tio colerica subuenit surditatem tollit (bucis
et constant. Item dicit aristo. li. xix. instrumentum
auditus plenum est spiritu naturali. quod sicut spiritus
naturaliter facit in venis motum pulsatilem/
sic in aure facit virtutem auditus. et propter hoc
addiscuntur res per sensum auditus. et dicitur
ibi quod creatio aurium fuit manifesta tela et conti-
nes fuit tenuis et hoc propter subtilitatem ipsius
auditus. Debilitatur autem auditus temporibus
humide complexionis et precipue in frequen-
ter coeuntibus. et hoc propter turbationem spirituum

De partibus huma. cor.

qui perficiunt auditum (nam ut dicit aristo.) frequens nimis coitus corpori et cordi nocet. Idem dicit baly. Item sicut aristo. li. xij. In rationali animali aures ponuntur naturaliter in medio capitis rotundi. quia aures non in una parte recte sed potius vnicuique vocum et sonorum differentias comprehendit. In animalibus vero quadrupedibus que caput habent inclinatum ad terram et non sunt elevati corporis sunt aures in superiori parte capitis. ut patet in bobus / in asinis / et in equis et motus auricularum huiusmodi animalium sunt multum propter elevationes sui loci. et quia multum moventur in partes diversas recipiunt sonum repercussione multa. Item idem aristo. ibidem. Nullum animal ovans habet auriculas expressas nihilominus tamen habent aial talia quasdam vias occultas. et etiam volatilia aures carere exterioribus / habent tamen foramen manifestam et viam apertam per quam auditus perfectissime celebratur. Item homo inter omnia animalia habet aures minus mobiles et etiam secundum dimensionem situs breviori / sed quo ad audiendum maxime sunt efficaces. (ut dicit li. i.) Et hoc est propter bonitatem complexionis. unde quando nimis est excessus in aures hominis in magnitudine alijs signis concurrentibus / signum est stoliditatis et tarditatis intellectus. (ut dicit aristo.)

Nasus est instrumentum olfactus sicut Galieno. a naribus autem dicitur nasus. Nares autem ideo sic vocantur / ut propter eas odorifera et quasi spiritualia odorem / et inter fetidum et odoriferum discernamus. unde quia odorifera nobis per eas manant / nares dicuntur. sicut pro contrarium inscium / et rudem acinexpertum / ignari quasi sine nare sunt dicitur. Nasus autem duo habet foramina sicut constat. que quidem per quandam substantiam cartilaginosa ad invicem sunt distincta. Et horum foraminum unum ad concavitatem palati tendit. alterum vero superius ad pelliculas cerebri vadit ut aerem attrahat cerebro et deferat ipsis naribus spiritum animalium ad sensum odoratus perficiendum et adducat. Primum ergo foramen fuit necessarium ad eiciendas superfluitates a cerebro venientes. Aliud vero ad spiritum attrahendum / et odoratum perficiendum. Sunt tamen proprie instrumentum odoratum due carnicule que dependunt a naribus in modum mammillarum / que primo aerem attractum in se recipiunt / deinde ad interiorum partem cerebri transmittunt. Istis autem carniculis subserviunt nares exteriores aerem. scilicet attrahendo et intra se inducendo / et subtilizando / ut tanto facilius et perfectius immutetur in organum odoratum. nervus enim a cerebro veniens illa duo sphaera nasi subintrat et eis aere

malum spiritum administrat. ut dicit constat. Spiritus igitur medietate aere per nasum attractus spiritum animalium se associat / qui immutat illam imitationem in cerebro aere iudicio representat. Nasus igitur (sicut constat.) fuit necessarius ad aerem tempore attrahendum / ad cerebrum per sua emittentia expurgandum / et ad calorem immatum in ventriculis cerebri temperandum / necnon ad discernendum fumum a quacumque substantia resolutum / redolentem suaviter ac ferentem. et ideo sicut aristo. li. xij. Sensus olfactus est divinus sicut sensus auditus. et si ita non esset non foret opus propositum et sensus olfactus non esset nisi propter attractionem aeris in animalium habente nasum. Et hoc membrum sicut nasus in medio est. scilicet anteriori parte capitis. et propter hoc posuit natura nasum in medio trium instrumentorum sensibilium quasi mittam positam propter motum anhelitus alijs sensibus necessarium. Recollige igitur breviter ex predictis quod nasus est membrum siue officiale organum aere attractivum et emissivum / inter odores discernivum / grossatum superfluitatum cerebri purgativum spiritui animali ministrativum per attractionem aeris pulmonis dilatativum et constrictivum. (et ideo sicut constat.) Nares posite sunt extra spheram / et non ex opposito pulmone. ut si frigidus aer quicquid subeat / pulmone subito non ledat. et si quid cum aere sicut pulvis vel cinis intraverit / pulmone abesse non possit. Est etiam nasus (ut dicit gregorio super cantica.) faciei maximum ornamentum / ita quod eius carentia tota facies debonestatur. Debet autem dispositio nasi esse mediocris ita quod in longitudine latitudine / altitudine modum et bitum non excedat. Nam si nares fuerint nimis tenues vel late / multa aeris attractione ferocitatem animi pretendunt et mentem indignantem. Ex dispositionibus enim membrorum corporis sumuntur pronostica iudicia de affectionibus mentis sicut dicitur in principio visionum. Nam accidentia mentis sepe immutant sicut accidentia corporis sicut vinum album ex vitro rubeo cui infunditur color contrahit et ruborem. et ideo mediocritas dispositionis mediocritatem designat bonitatis. (sicut dicit visio in lib. suo in principio.) Impeditur autem nasus in suo effectu sicut dicit galieno. super pronostica. ubi nares acuti / oculi concavi etc. propter vehementiam caloris humiditatem consumunt. unde et acuntur nares et profunduntur oculi acuti. et est signum mortis. et accidit idem naribus (sicut dicit galieno.) quando calor naturalis est ita debilis quod non potest expandere ad extrema. ideo sequitur quod spiritus et sanguis non currant ad extrema. et ideo propter frigiditatem morificante restringunt membra et carantur.

et accidit acumen narium quod est signum pessimum
 et mortiferum in patientibus acutam. Item im-
 peditur nasus (ut dicit constantinus. li. ix. c. xv.) ali-
 quando ex mala cerebri dispositione. aliquan-
 do ex ueni odorabilis opilatione. aliquando ex
 humorum fetidorum et corruptorum in carniculis
 narium repletione. quandoque ex carnis superflue
 corrupte in foraminibus nasi generatione. ut patet
 in polipposi et leprosi. hec lesio non solum le-
 dit olfactum/verum etiam facit minorationes
 vocis. aliquando patitur ex nimio fluxu humo-
 ris a ventriculis cerebri defluentis. et hoc vel ex
 caloris dissolutione/vel ex frigiditatis nimia
 constrictione. sicut patet sepius in catarro. ali-
 quando ex nimia repletione et acumine sanguis
 ora venarum nasi aperientis. unde de naribus
 fluit sanguis tamen fluxus maxime per nares in
 multis egritudinibus causa est dissolutionis mor-
 bi et certum iudicium conualescentie et salutis.
 ut patet in acutis febribus que per fluxum san-
 guinis narium sepius terminantur. Et in am-
 phorif. dicitur particula. vi. Mulieri deficiunt
 bus nervis sanguinem ex naribus fluere est bonum

Quæ sunt inferiores partes oculorum
 unde barbe inchoant ut dicit Isidorus.
 lib. xi. c. ij. Genus enim grece bar-
 ba dicitur. eadem enim partes dicitur maxille/
 que per diminutionem a malis sunt dicte. male
 enim eminentes dicitur sic oculi partes ad eor-
 um protectionem suppositæ. Uocate autem sunt male
 siueque in rotunditatem prominent infra oculos/
 quam greci mala appellant siueque sunt supra
 maxillas/unde et a malis diminutive dicitur
 maxille. sicut apud pallo parillus. sicut dicit Isidorus.
 Sunt autem maxille siue genere secundum constantinum. ex ner-
 uis et ossibus interius compositæ. et barum ossa
 cameo cerebri sunt coniuncta. que ideo de varijs
 et multis frustulis composita sunt ne alia lederentur
 si unum aliquid pateret. exterius autem sunt ca-
 lide et carose/ut frigiditatem ossium et cartila-
 ginum aurium et narium temperent. et ut organum
 sensibilibus sibi undique adiacentibus suo ca-
 lore formam administraret. et ideo maxille oculi
 supponuntur ad eorum protectionem. In medio
 sensuum sunt posite propter numerum administra-
 tionem. calide sunt et carose/propter frigidita-
 tis instrumentorum sensuum mitigationem. candi-
 de sunt et rubicunde/propter ornatum faciei et vultus
 compositionem. Maxima enim pulchritudo ho-
 minibus resultat in genis et maxillis maxime/
 sicut dicit constantinus. potissime hominis ostendit
 tur complexionem que si fuerint multum rubi-
 cunde/mixte cum temperata albedine et in substancia
 non nimis crasse sed medio crasse carne

dam et humidam præterdunt completionem et ipsi
 us temperantur. Si vero fuerint in calore al-
 bide sine alio rubedinis admixtione/et in
 substantia pingues et molles/et fluide frigidita-
 tis et humiditatis ostendunt excessum. Si vero
 fuerint fusce in colore aut cinne. in substantia
 autem tenues et macilente denuntiant siccitatis
 nimie et caloris. ut patet in colencis. Si
 vero fuerint quasi liuide in colore et in substan-
 tia caribus de paupate/excessum signant sic-
 citatis et frigiditatis. sicut in melancholicis vide-
 ri potest. nec solum dedarant complexionum di-
 versitatem/verum etiam animi et affectionum noti-
 ficant qualitatem. Nam secundum animi affectiones
 ex subito timore/vel gaudio paleant vel rube-
 scunt subito. Hec constantinus.

Barba (ut dicit constantinus.) faciei viri
 est ornamentum. unde apparens et
 cooperiens maxillas in una parte
 est ad ornamentum/in alia ad maxillam adiuto-
 rium et famulatum. Nam sua pilositate nervas
 maxillares tuetur a nimia aeris frigiditate/et
 ideo maxillam necessarium est tegumentum. barba
 vigoris et caloris naturalis est iudicium. Et hoc
 est causa quare vir et non mulier barbescat/quia
 masculi feminis naturaliter sunt calidiores. et
 ideo in manibus sumus qui pilorum est mate-
 ria magis augmentatur. quam quia natura non suf-
 ficiebat consumere expulit per duo loca. scilicet per ca-
 put et per barbam. unde accidit aliquando muli-
 eribus calide et humide complexionis. quia videtur
 tur barbescere. et contrarium fit in masculis frigi-
 dis et siccis quia barbescunt parum. unde et euechis
 non crescit barba quia perdidit illa membra cali-
 diora que calidi humoris et sumi (qui pilorum
 est materia) sunt generatiua. Ex quo patet quod
 barbe spissitudo caloris et humoris substantia-
 lis ac vigoris est iudicium et differentie sexuum
 certum experimentum. In pueris autem non crescit bar-
 ba quavis calidi parvuli sint et humidissimi. quia su-
 perfluitas que pilorum est materia transit
 in augmentum et nutrimentum puerorum. (vultus
 et constantinus.) Secundum vero aristoteli. libro. xix.
 Pili barbe sicut et capilli in sua dispositione re-
 presentant qualitatem vaporis vel pinguis hu-
 moris ex quo generantur quoniam si fuerit humor su-
 mosus calidus et siccus erunt pili barbe sicut et
 capilli crispi in se reflexi et involuti. et hoc acci-
 dit quia per duas vadunt vias contrarias. quia
 pars terrestri mouetur ad partes inferiores ca-
 lor mouetur ad superiores et sic involuuntur pi-
 li et erunt pili crispi propter debilitatem suam. et
 hoc accidit propter paucitatem humiditatis et
 multitudinem partis terrestri. unde ex interio

De partibus humani corporis.

calore coniugantur et involuntur. Si vero fuerit vapor multum humidus/erunt pili leues et longi. Nam humor cum lubricando donec pueniat ad pilos. et propter hoc pili et barbe eorum qui morantur in Francia sunt leues. nam eorum completio est humiditas et aer continens eos est humidus. Contrario autem accidit in hominibus cerebrum siccum habentibus et habitantibus in regionibus calidis propter siccitatem aeris continentis. Item idem ibidem. alteratur color pilorum barbe secundum etatis varietatem. et ideo canescit barba in senectute propter debilitatem caloris et abundantiam frigiditatis. Defluunt autem quandoque pili barbe propter caloris et humoris interceptionem. ut in castis quandoque et corruptione humoris. ut patet in leprosis. Nam sicut dicitur idem aristoteles. casus pilorum similis est fluitationi foliorum arborum et causa istius est diminutio humoris calidi et pinguis. et ideo non fluunt folia arborum in quibus est humor pinguis (ut ait aristoteles. lib. xij.).

Mandibule a manducando sunt dicte ut dicitur Isidorus. lib. xij. Mandibularum autem quedam est superior in qua dentes superiores infixuntur. quedam vero inferior in qua dentes inferiores radicanter. Et est proprium mandibule superioris quod in omni animali fixa est et immobilis excepto concada. i. cocodrillo/qui mouet mandibulam superiorem contra naturam omnium animalium/et fixam et immobilem tenet inferiores (ut dicitur aristoteles. li. iij.). Sunt autem mandibule ex ossibus diuersis et etiam duris compositae nervis et lacertis variis coniecte. et hoc fuit necessarium propter motus continuationem et apertionem et clausuram necessitate ut dicitur constantinus. Sunt enim quasi due mole continentes ad coherendum abum et moleudum se mouentes. unde toti corpori nutrimentum mandibule subministrant. Mandibule autem quibusdam partibus carnosas et nervos que gingiue dicuntur arcedantur undique et velantur. et hoc propter fortio rem dentium in maxillarum fundamentis radicationem/et propter nutrimenti nervis dentium administrationem et frigiditatis moderationem. Et dicuntur gingiue (ut dicitur Isidorus.) a dentibus gignendis/que in eis dentes gignuntur et nutriuntur. facte enim sunt ad decorem dentium pariter et necessitatem ne nudi ponus horrore existerent quod decori. Pellucida labiorum circumdantur quod fecit natura ut tam dentes quam maxillas non solum intrinsicis iuuarent/verum etiam a lesione extrinseca defenserent. contingit autem gingiuas corrumpi in animalibus aliquando ex negligentia/et quandoque ex putridis humoribus

infectis et corrumpi et tunc diuersas inferunt molestias et passiones ut fetorem dentium casum vel relaxationem.

Labia secundum Isidorum. a labendo sunt dicte quod autem superius est/labium est. inferius labrum. Sunt autem labia necessaria secundum constantinum. quia dentes muniant atque tegunt. Sunt etiam nervosa ex diuersis lacertis composita/ut sic ad sensum et motum essent habiliora. Nam ad vocis formationem necessario se aperunt uel claudunt. quia illis abactis uel per aliquam opilationem uel contractionem aliquam impeditis uerba perfecta non possunt formari. Item labia mollia sunt et carnosissima. et hoc duricie dentium temperamentum fuit necessarium. Dentes igitur et eorum nervi cum ex natura sunt frigidi nimis lederentur aeri frigido expositi si non labiorum tegimine tuerentur. Item labiorum extrema sunt rubicunda. quod accidit secundum constantinum. propter autem labiorum subtilitatem/que de facili a calore sanguineo recipit quodammodo roseam qualitatem. unde rubedo labiorum signum est puritatis complexionabilis et impurificationis turbati sanguinis et interioris virtutis. sicut e conuerso labiorum luiditas signum est defectionis virtutis et caloris naturalis. Item labia tenua sunt in substantia et subtilia ut sunt subtiliora ad motum et habiliora ad aerem nutriendum et interadendum ne subito attractus interioribus sua frigiditate inferat lesionem. et ideo labia aeri frigido se opponunt et ipsum recipiendo depuratum reddunt ut sua uis et utilitas ad interiora attrahatur. hec omnia secundum constantinum. Consimiles proprietates narrat aristoteles. lib. xij. circa finem ubi dicit. Labia hominis mollia sunt et carnosissima et separari possunt propter salutem et custodiam dentium/et ut conueniant ad exitum sermonis. unde et labia duplicem habent usum sicut et lingua. cuius creatio est ad gustandum humidum et ad sermonem perficiendum. sicut idem expresse dicit aristoteles. et ideo oportet quod labia sint humida. quia si creatio lingue non esset talis dispositionis ad labia/non possit lingua perungere ad dicendos multos modos litterarum/que quidam ex eis dicuntur per percussione lingue et etiam per coniunctionem labiorum. Et ideo necessaria fuit labiorum creatio/ut optima esset nature operatio. et propter hoc fuit caro hominis mollis valde. quoniam homo est boni sensus tactus. i. et gustus magis quam alia animalia (hec omnia aristoteles. lib. xij.). Recollige igitur quia labia sunt quedam tegmina dentium custodia/mollicie sua duricie dentium temperantia/vocis articulate et litteralis formativa aeris

frigidi vel calidi interceptiva sua rubicunditate vel liuiditate defectus vel vigoris designatiua virtutis interpretatiue propria organa passionum anime. s. odij et amicitie doloris tristitie et pressiua. vnde dicitur quod tremor labiorum in frenesi et acutis morbis mortem preterdit (vt dicitur in pronosticis) Et hec de labijs sufficiant.

Omentum est dicitur quasi mandibularum fundamentum eo quod inde oriatur (vt dicitur Isido.) menti autem vt dicitur constan. duo sunt ossa et ipsa in terra sunt in medio vbi dentes subtiliores firmant quadrupliat tres pares. Dorum ossium extremitas duas habet furculas. vna est acuta cuius acumen quoddam ligamen inseritur quod a latere tympanum prenditur. per quod et bucca clauditur et aperitur. Altera vero furcula grossa est et rotunda cuius rotunditate mentum fit molle. vt dicitur constan. quia hoc membrum fuit necessarium propter originem mandibularum et dentium inferiorum radicationem et propter voluntariam aeris clausuram et apertionem fuit etiam conueniens propter faciei complexionem et perfectionem ipsius vultus consummationem. quod si fuerit proportionatum fronti totum honestat faciem et decorat. (hec omnia dicit constan.) In mento autem animalis maxima est fortitudo propter ossis duriciam et ueruorum compaginationem et propter fortem dentium radicationem. et ideo bruta animalia se tangi per mentum de facili non permittunt. nam mento confecto tota eorum ferocitas quasi armis perditis enervatur. (vt patet. i. Regum. xiiij vbi dicitur. Confregit dauid mentum vsui et eruit ouem de ore eius etc. hominis vero mentum per tractum amoris et fidei iudicium est. ij. Re. xvi. Venit ioab mentum amale quasi de osculis eum.)

Os est dicitur eo quod per ipsum quasi per ostium ab os imittitur et spiritus foras eijam. vel quia eo quasi de ostio sermones egrediuntur. vt dicitur Isido. Os etiam vt dicitur idem anime nuncius est quia illud ore exprimitur / quod prius in mente concepitur. Est autem (vt dicitur grego.) multis circumseptum a stodijs. s. dentibus et labijs vt tot intermedijs mens prius discernat quod proferat siue dicat vt prius verbum transcat per lumen quod per linguam. fuit autem oris nutrimentum necessarium (sicut constan.) propter nutrimenti susceptionem. nullum enim membrum in animali nutritur nisi in ore nutrimentum prius recipiatur. Os enim primo cibum recipit et masticando et immutando aptius digestionem in stomacho transmittit. et propter hoc natura fecit os humidum intrinsecus vt ubi siccitas eius

humiditate facilius immutetur. fecit etiam os neruosum et mediocriter durum et concavum / neruosum vt saporitas cibi facilius sentiret. durum / ne cibi asperitate lederetur. nec tamen nimis durum / ne sensus gustus impediret. concavum autem et rotundum fuit intrinsecus / vt abus assumptus bene inde facilius moueretur. et per dentes sine impedimento spiritus transduceretur. Item necessarium est os propter aeris et spiritus attractionem. aer enim attractus per os ipsius concavitate immutatur / depuratur / et subtiliatur. et sic ad cordis refrigerationem per canale pulmonis transmittit. sine cuius refrigerio cor pre nimio caloris incendio viretur et destrueretur. Item necessarium est propter vocis informationem. ad hoc enim est palatum oris concavum vt plectrum lingue facilius moueretur / et ad vocem formandam expedite cleuetur et deprimeretur. Item vtile est ad grossanum supfluitatum a cerebro et pulmone venientium crebram electionem. quibus per ostium oris electis vitalis spiritus in corde et animalis in cerebro suas complet actiones expeditur. Item vtile est propter membrorum nutrimentum a supfluis exonerationem. quando ergo stomachus crudis humoribus oneratus natura per vim expulsivam operante per oris officium expurgatur. sicut dicitur constan. et galie. super illud amphorum. In vomitibus et purgationibus que sponte fiunt si qualia oportet fiant. confert et bene ferunt si vero non contrarium. Patitur autem os (vt dicitur constan. in viatico) quandoque ex alijs membris sibi vicinis infirmantibus. patitur autem pustulas vlcera et bubones. ex corruptis humoribus aliunde ad buccam defluentibus. si rubeat ita quod nigredini attingat et caleat / doleat aut ardeat. materia sanguinea est et colerica. Si vero multum nigrescat / tanto molestius et timidius ne forsitan ad cancrum deveniat / accidunt autem vlcera in ore lactentium puulorum puenientia ex acimine lactis et eius corruptione. (huicque constan. in viatico particula. ij.)

Dentes sicut grecos dicuntur edentes quasi omnia apposita diuidentes et incidentes vt dicitur Isido. Et sunt dentes secundum constan. quedam plantaria in ossibus maxillarum et menti quibusdam radicibus inserti. Et sunt in maribus secundum constan. xxij. xvi. in maxillaribus sunt positi quorum quatuor in anteriori parte pares vocantur et quadrupli. et bi lati sunt et acuti inaccessores vel percissores a medicis nuncupantur / ad inaccessores autem ab eis sunt apti. et quicquid ab eis

De partibus humani corporis.

accipitur in ore / contentur et mordetur. Sunt item duo qui canini sunt dicti collaterales quadruplis in summitate acuti / duri abis commo-
lendis apti. Et dicuntur (secundum Galenum) canini / quia ad similitudinem caninorum consistunt et canes per ipsa ossa rodunt. praedioribus enim dentibus sunt fortiores / acutiores / longiores et rotundiores. et ideo a quibusdam colla puelle vocantur. et quod priores praedere non possunt / istis tanquam fortioribus ad constingendum tradunt. Sunt et decem alij ex utraque parte superioris mandibule qui in collaterales quadruplis bi sunt lati atque grossi. hi molares sunt vocati et ad molendum bene sunt apti. nam que commissa et contracta sunt / a prioribus more mole subeunt ut dicit Galenus. Sunt igitur in superiori mandibula .xvi. dentes. scilicet quatuor quadrupli et pares / et duo canini / et decem molares. Et rotunde etiam dentes numero collocantur in inferiori mandibula seu in mento. Dentes igitur quantum ad suum numerum et officium quadruplane dividuntur. Quidam enim sunt incisivi. et hi sunt quatuor / duo superiores / et duo inferiores / qui primo aspectu se offerunt / quidam vero sunt pares. et hi sunt quatuor. duo superiores et duo inferiores qui alterutrum iuxta incisivos positi in mutuo se contingunt. Quidam vero dicuntur collaterales seu canini. et hi quatuor sunt duo superiores et duo inferiores se mutuo collidentes. Quidam vero sunt molares. et hi .x. scilicet .x. superiores et rotunde inferius in mutuo se tangentes et que ab alijs inchoata sunt quasi mole commone concidentes. hi omnes sunt mandibulis radicati et quodammodo furcati sed diversimode. quia anteriores. scilicet in quadrupli et pares unam habent furcillam seu radicem. canini vero molares tres vel quatuor habere dicuntur ut dicit Galenus. Dentium quoque numerum discernit qualitas sexuum nam in viris plures / in feminis pauciores inveniuntur. ut dicit Galenus. et Galenus. Distinguntur etiam dentes secundum processum etatis. quoniam sicut dicit Galenus. li. ij. quod dentes senum generaliter sunt nigri non acuti ut patet in canibus quorum etas per dentes noscitur. quia dentes iuvenum sunt albi et acuti / senum vero e contrario. Excepit tamen Galenus. ibidem ab hac generalitate dentes equorum quos dicit habere proprium quod precedente etate magis albescunt. Dicitur etiam ibidem. oportet utique scire quod animalia que sunt multorum dentium communiorem sunt vite longioris. que vero paucorum sunt dentium et separatim sunt vite brevioris. Item dicitur ibidem. Omne animal quadrupes generans animal simile sibi habet dentes. Item homo eicit dentes in

suavitate anteriores non molares. et hoc contingit forsitan propter furcularum et radicem debilitatem. Molares autem non eicit propter causam contrariam. Et est generale in alijs animalibus que non eiciunt aliquem dentem praeterquam alter sibi similis in loco oriatur primitus. Item Galenus. li. ij. Omne animal carens dentibus in superiori mandibula est sicutum et terrestris nature. Omne animal habens dentes in utraque mandibula est pinguedini simile. Item idem lib. xij. Natura non facit nisi quod melius et perfectius est. et ideo necesse est ex materia partis terrestris deducere in quibusdam animalibus ad partem superiorem. scilicet in dentes et culinos prominentes in quibusdam in cornua. et propter hoc non potest habere dentes in utraque mandibula animal habens cornua. Item idem lib. xvi. Dentes solummodo inter alia ossa crescunt dum remanet animal. et hoc est manifestum in dentibus super crescentibus et deducantibus a locis suis commingentibus se invicem. Et causa cecidit illorum propter operationem eorum si enim non crescerent / consumerentur cito et propter hoc teruntur cito. dentes animalium comedunt multum / et carentium dentium magnis. et propter hoc ingeminata est natura et aggregavit dentes ad invicem propter senectutem et finem. aliter si vita duraret per millenarium semper dentes plures essent quam in prima creatione. Item dicit ibidem lib. ij. Dentes qui oriuntur inter gingivam non oriuntur in viris et mulieribus nisi post .xx. annos. et forte in quibusdam mulieribus post .lx. et origo eorum erit cum maximo dolore. Item idem lib. xix. Dentes acuti oriuntur ante latos. quam dentibus acutis indiget ad abscessionem ab ipso. quia prius est abscondere quam molere. ideo etiam citius crescunt. quia minores sunt quia origo minoris rei est ex calore ante originem rei maioris. Item calor lactis facit oriri dentes cito. et propter hoc est quod pueri lactantes lac calidius nascuntur in eis dentes cito. Item ibidem est anteriores nascuntur osse tenui et debili. et propter hoc sunt velocis casus. (hucusque Galenus.) Ad hoc Galenus. in viati. p. i. ij. Dentium magnus est iuamentum et cum iuramento magnus corporis ornamentum ipsorum in quantum non patientium quia in patientibus actio corrumpitur. quorum passio diversa est / cuius diversitatis pars est visui manifesta. sicut putredines fetores / ruptures / perforationes / motiones / casus / limositates et similia. Pars vero non apparet est et occulta. sicut quando dentes nimium dolent / et tamen exterius sani apparent. **C**ausa autem talis doloris sunt humores a capite descendentes vel a stomacho mediante immositate ascendentes

vel humoris acuti in gingivis. et tunc dolores nimij cum saltu et pulsu sentiuntur propter malitiam humorum et acumen. Si vero dolor est a capite/gravitas sentitur in capite/et dolor in facie rubro ex sanguine vel colera ad radices dentium descendente. Si vero fuerit a stomacho/dolor sentitur in stomacho et assidua eructatio egreditur et erumpitur dentes et aliquando perforantur/aliquando rumpuntur aliquando ex vermibus in cininum/viridem/vel nigrum colorem mutant. que omnia ex corruptis et pessimis humoribus ex malis cibis per nervos ad ligamentum dentium descendentes accidere dino sciuntur. Dentes etiam aliquando moventur. et causa motus humorum sunt in dentium radicibus. quod si acuti sunt/ necesse est in dentibus et foramina effici/et fetores ac putredines generari. quod si vermes fuerint in causa/dolor maximus gignitur. quod ad nervum sensibilem corrodendo penetratur/obstupescunt etiam dentes et exacerbantur ex humore acido intrus vel extra nervos sensibiles inficiente. Dolor mitare etiam videntur ex causa nimis frigida/ sicut ex nive vel glacie nervos dentium contrahente. Item dentes quandoque cadunt ex nimia humiditate ligamenta dentium relaxante. quandoque ex nimia siccitate. ut patet in senibus quorum dentes propter subtractionem humiditatis nutritibilis dilabuntur. Has et multas alias recitat constantinus. dentium passiones. sed hec sufficiant. Recollige igitur ex predictis quare dentes in mandibulis tanquam in fundamentis propriis radicantur ex frigidityte dominare albiores ceteris ossibus efficiuntur propter sui duritiam de facili non leduntur. substantia enim dentium est ex se impassibilis cum non sit sensibilis (ut dicit constantinus.) Unde dens ruptus nullum dolorem patitur. dicitur tamen pati dolorem propter nervum sensibilem qui in eius radicibus sepe leditur et gravatur. Dentes enim intrinsecis nervis colligantur. terminos carnis dentes exceduntur/et tamen in carne radicantur nisi intra se nec in se patiuntur. clausi sunt labijs ne videantur. Inde ceteris est enim cum apparent nisi forsitan propter nervum Item superiores ad inferiores reuertuntur. et si bi inuicem mutuo coaptantur. et si inferiores aliquando moueantur superiores tamen infirmi et immobiles reperiuntur ordinate autem ad invicem componuntur ad informationem articuli late vocis maxime cooperantur/ totum corpus obsequuntur.

Lingua a lingendo abum est dicta vel quia per eam articularis sonus verba ligat. Sicut enim plectrum cordi alliditur. sic lingua dentibus. ut dicit Isidorus.

Est autem lingua instrumentum gustus et locutionis (ut dicit constantinus.) et componitur de substantia siue de molli carne porosa et spongiosa et nervosa. Est autem nervosa propter sensum et motum. porosa ut facilius sapor penetret ad nervum facientem gustum. ad quam veniunt multe vene sanguine plene. unde rubicunda est in colore. hec eisdem operatur panniculis/ quibus spacium buccae et palatum induitur et vestitur. a superiori parte patet tota. ab inferiori autem parte patet usque ad ligamenta quibus merito est connexa. unde radices lingue et sensibiles nervi/ quibus recipit sensum et motum a spiritibus sunt occulti. In quibusdam autem hominibus (ut dicit constantinus.) contrahitur lingua plus quam oportet intantum quod nec in diuersas partes mouetur. unde oportet incidere ligamenta. ut si motus per totum buccae spacium amplietur. Passiones enim multa accidunt lingue in substantia ipsius vel in nervis ad eam venientibus. (unde in viatico constantinus.) lingua animalis patitur motum voluntarium/ unde et usum amittit sermonis. cuius causa est ex defectu virtutis motiue ex cerebro veniente vel ex nervo opilato per quem virtus transit animalis. aliquando ex apostemate vel ex pustulis in lingua accidentibus. aliquando sunt propria vitia in substantia lingue sicut opilatio mala ex qua est sensibilis distempantia ex nimio calore vel frigidityte/ vel humiditate/ vel siccitate/ vel apostema/ vel tumor et similia. quod si lingua videatur nimis tumida excessum caloris designat. si vero alba/ frigiditytem. si vero mollis/ humiditatem. si sicca et aspera/ siccitatem et omnia talia lingue impediunt usum. vel tollunt in toto/ vel in parte. Si autem lingua sana videatur nullas habens maculas. loquela tamen sic orbata/ ex cerebro est defectus vel ex nervis sensibilibus opilatis. aliquando est pro dino loquela ex perdita mente. ut in frenesi vel litargia (bucisque constantinus in viatico.) Alios designat defectus lingue constantinus in partibus. ut dicit. Accidunt pustule late et extente in pellibus exterioribus lingue. sicut accidit pueris malum lac suggestibus. et sunt quandoque albi/ quibusque nigri coloris. accidit autem apostema lingue eam magnificans/ et ab ore exte faciens/ et vocatur exilium lingue. Aliud est genus apostematis lingue quod rana vocatur. eo quod sicut rana nascitur sub lingua et aufert usum lingue/ ita rana muta dicitur ab effectu. Est autem aliud apostema lingue sanguinolentum. unde tota lingua patitur/ et loquela vna cum gustu impeditur ex viscosis enim humoribus in lingua dominantibus sensus gustus corrumpitur/ et

De partibus humani corporis.

ita in mutatur ut dulcia amara et insipida iudicentur. et e contrario sicut dicit galienus. Item dicit galienus super amphorif. quod accidit lingue balbuces ex nimia humiditate quando lacerti lingue pre nimia humiditate in extremis nequeunt dilatari. sicut est videre in ebriosis / qui balbutiunt quando in cerebro humore nimio perfunduntur. (vnde dicit idem galienus.) Naturaliter autem balbutientes / vel propter nimias cerebri humiditates balbutiunt. vel propter lingue humectationes vel propter vitium. Illa etiam superflua humiditas est causa quare aliqui qui efficiuntur trauli qui aliquas litteras profere non possunt vel. l. pro. n. vel. c. pro. t. proferrunt. et hoc in infantibus qui multas litteras corumpunt / et eas profere non possunt. De omnia dicit galienus super illum amphorif. hipocratis maxime trauli capiuntur longe quia nimia humiditas talium que est causa traulisationis redeunt ad stomachum et in testina. et se lubricando inducunt dyamiam id est fluxum ventris. sicut dicit galienus. Item dicit constantinus in partibus. quod in lateribus ligamentorum lingue sunt quedam vene que salivam lingue administrant. he ab initio lingue incipiunt a quibus emanat quedam humectatio flegmatica que salivua appellatur. vnde ille vene vocantur a media salivales sive habitatio salivalis. initium autem lingue / vnde exiunt he vene est caro glauca et alba ipsius salivue generativa que humectat linguam et temperat ciborum siccitatem / et auget eorum succositatem. ut post dicitur. Item dicit aristoteles. li. vi. quod oves habent sub lingua venas albas / et ille faciunt fetus albos. et alique habent nigras et ille faciunt fetus nigras. et alique varias / et ille percreant fetus varios etc. Recollige igitur etiam dicitur quod lingua est suba carnosam / sanguinea / et porosa influentia spiritus receptiva / in complexionem calidam et humidam / in dispositionem tenuem oblongam anteriori parti gladii similis / in cono et colore rubicunda / in loco concauo et humido sita / ad motum facillima / vocis informativa / saporum discretiva / per emissionem oris salivue humectiva / conceptionum anime interpretativa / dentibus et labijs quasi muro duplici circumcepta / in diuersis animalibus quo ad figuram varia Nam in quibusdam breuis est et grossa / in quibusdam vero e conuerso. qui vero habent linguas grossiores. habent vocem grauiorem et e contra. Quedam etiam animalia habent linguas medicinales et salutiferas. et hoc vel ex nature bonitate / vel ex occulta aliqua proprietate. ut lingua canis ut dicit cassiodorus. Quedam autem habent linguas mortiferas propter maliciam

et fumositatem humoris in eis dominantis. sicut lingua serpentis / draconis et rabidicanis cuius morsus summe est venenosus cuius lingua semper apparet extra os et distillat venenum / et inficit aquam in quam cadit. de qua qui biberit efficitur rabiosus ut dicit auicenna. et constantinus in tractatu de venenosis animalibus et venenis. vnde etiam serpentum lingue secundum aristoteles. nigre sunt siue liuide / siue subuisse et maculose / acute et in motu velocissime. et hoc contingit propter humorem furiosum et venenosum que tam velociter linguam agit / ut vna numero bifurcari videatur. lingua tamen aspidis quantum in corpore viuientis serpentis plena sit veneno mortifero / separata tamen a corpore et desiccata venenum perdit. et venenum si presens fuerit / pro dicit vnde in presentia veneni in sudorem proferre consuevit. vnde talis lingua velut vitis et proficua reputatur inter viros regios preceosa / quibus prius fuerit venenosa.

Saliva est humor flegmaticus et naturalibus venis lingue generatus ut dicit constantinus. Est autem saliva naturaliter humida in colore alba et ex continuitate motus lingue et instrumentorum spiritualium spumosa / in sapore actu insipida quia potentialiter omnium saporum est in se receptiva. Si enim esset alicuius saporis determinata / non esset alterius susceptiva. Est et secundum eundem constantinum. saliva inter gustum et eius obiectum media. nihil enim sensu gustus percipitur / nisi cuius sapor mediante saliva gustus organo presentatur. vnde ipsa secundum quantitatem saporis rei gustate immutatur. fuit autem necessaria saliva (ut dicit constantinus) ad humectationem oris ut salivue beneficio irrigaretur. Item propter digestionis preparationem. cibus enim siccus in ore assumptus non vtiliter stomacho mitteretur / nisi saliva media prius humectatur quia sine salivue adminiculo res sicca non de facili transglutiretur. Item vtilis est ad faciliorem superfluitatem cerebri et pulmonis euacuationem. quia tales emunctiones calore vel frigore indurantur aut infiscantur. quia non ita de facili per oris ostium excreantur. nisi primo cum humoris et salivalis adiutorio lubricando ad exitum pararentur. Item saliva hominis ieiuni habet quendam uim latentis in fectionis. vnde et sanguinem animalis ledi si mediante aliquo vulnere aliquid sanguinis admiscatur / ut dicunt predicti auctores in tractatu de venenis. et hoc forsita uel. (ut dicit auicenna.) ratione creditur / humor enim crudus sanguinis perfecte digesto /

suis qualitatibus repugnat / et suū (ut dicunt auctores) perturbant temperamentū. hoc est etiam quod dicit sancti et habet a plinio quod saliuā siue sputum boīs ieiuni interimit serpētes / et venenosis animalib⁹ est venenū. sicut dicit basilius sup illud verbum in exameron. Ipsa conteret caput tuū. et tu insi. cal. eius. Gene. iij.

Item sicut dicit galie. sup amphorib⁹. ibi Insanici sputo fit p̄sici fluxus. et vbi saliuā tenet moriuntur etc. P̄sici p̄pter vlcus pulmonis sēp tussunt / et a supfluitate saniei vlcens spuēdo se exonerant prout possunt. sed tamē mors imminet. quando nō spuunt qz retenta intus saliuā cuz sanie vie spūs intenus clauduntur et sic p̄sici suffocati moriunt. Item sicut dicit galie. nisi. inter sputum et saliuā est differentia. Nam saliuā est superfluitas naturalis nutrimenti pectoris / et generat digesta. Sputum vero est illud quod ad pect⁹ aduenit fm diuersitatem cursus naturalis / et cursus preter naturam / nec est semper digestū et ideo spurū in acutis febribus et apostematib⁹ / si leuiter fiat cuz signis digestionis et sine tussi laboriosa / fortitudinem signat virtutes / et defectum morbi. sicut dicitur in p̄noscis. et eōuerso. Unde (fm galie. et alios cōmentatores ibidem) in saliuā siue in sputo cōsiderant̄ tria generaliter. color. odor. et sapor. qz si sputum fuerit in colore liuidum cordis et spūalium designat lesionem.

Si vero sanguineū cuz sanie admixta / pulmōnis designat vlcationem. Si etiam fuit in odore fetidū / interiore signat corruptionem. Item si in sapore fuerit amarū vel aciduz. humoris corrupti in stomaco et pulmōne seu i substantia lingue signat d̄nationem. Item in sputis abundare signum est flegmatice cōplexionis. vnde et in senibus solent sputa abundare grossa et viscosa fm intensiōz frigiditatis et resolutionem siue dissolutionem humiditatis substantialis.

Uox est tenuissim⁹ ictus plectro lingue formatus. ut dicit Isido. et p̄sicianus. Organa autē vocis siue instrumenta. multa sunt (ut dicit cōstan. s. pulmō arterie / guttur / vuula / os / dentes / labia / atqz lingua. siue enim istoz instrumento vox nō formatur. Et horum quedā sūt vocis receptiua. sicut pulmō cum suis receptaculis et cānalibus quedam vero sūt vocis ordinatiua. sicut vuula qui vocem (fm cōstan.) pulchram reddit et format / qm̄ ad alia instrumenta se habet p̄portionaliter. aerē vero introcūtem temperat / et ne nimis impetuose exeat / cohibet et refrenat. a receptione etiam pulueris guttura et artenas p̄hibet et

cōseruat. Quedaz enim sūt vocis emissiua. vt cānales pulmōnis et arterie que sūt quasi quedam fistule. que si fuerint leues mūde / et temperate / dulcem ac temperatam et equalē reddūt vocem. si vero aspere fuerint et plus debito fuerint late et stricte aut distorte nimis grauem vel exlē dissonam aut inequalem emittūt vocem. Ad formationem igitur vocis aer in folliculo pulmōnis recipit / et per ordinatum arteriarū motum per os emittit. vnde ex veloci aēnis cōmotione et organoz vocis extensione son⁹ reddit / qui in ore animalis platus et plectro lingue formatus / vox a sapientib⁹ dicit (huicqz cōstan. in panteg.) vnde aristo. li. iij. Pulmō est p̄mū vocis receptaculum. et ideo omne animal carens pulmōne / caret et voce ac loquela. loqui enī ē distinguere vocem. vnde animal nō habens linguam absolutam nō habet vocē. ut dicit ibidē apes vel musce carent voce / faciunt tū s̄reptū in volendo / extendendo / et contrahendo alas. per aerem cadentē inter corpus et alas et sic faciunt locuste. et huius pabano est qz nunq̄ faciunt sonum in sedendo / sed tantūmodo in volādo. Rana autem habet vocē ppriam et anten⁹ lingue sue applicat ori suo. et quod ex lingue vianat / carne pulmōis absolutum est. et p̄pter hoc habet vocem ppriam et est coar. et nō facit hoc nisi ex aqua tantum / et pprie masculus tēpere coitus quando clamant feminam p̄ vocez cognitam. Rana vero multiplicat vocem quādo ponit mandibulam inferiorem in aquam et extendit superiorem / et p̄ extensionem duarum mandibularū vociferat. et p̄pter nimium conatum extensionis lucent earū oculi sicut candelae cantāt et vociferant plus de nocte q̄ de die. qz tunc est sepius coitus earūdem etc. Item ibidē Ves p̄i corporis plus vociferant et ganiūt q̄ magui et maxime tempe coitus. qm̄ vociferatio auiū maxime est in illo tempore. Item idēz gallus vociferat post bellum et victoriam. Item in auid⁹ est qz masculus dat vocem et nō femina. sicut gallus et mas cornuam. loqui autēz appropriatur homini. qui autē naturaliter sunt muti / sunt surdi. et habent vocem / sed omnino indiffinitam (ut dicit idem.) Item idem i eodem libro. Omnes femine sunt subtilioris vocis et acutoris q̄ masculi preter vaccam. qz vox femine est grossior. Item idem. exitus spermatis est in maribus apud alterationem uocis et hoc est in termino duorum septenniū. aliquādo tamen atus mutatur vox in quibusdam. et est signatio in otus ad luxuriam. Item idēz qz equi incipiūt coire / erit eorum vox maior. similiter et femine. vox tamen femine clarioz. Item

De partibus humani corporis.

Ibidem voces masculinorum mutantur quando mutantur. Item dicitur lib. viij. f. voces omnium quadrupedum mutantur efficiunt. sicut voces femininarum quando castrantur (7 lib. xix. f. dicitur) Causa acuminis 7 alterationis vocis est secundum alterationem etatum. quare vox iuuenum animalium est acutior voce senum. 7 mulierum quam virorum. 7 voces omnium animalium sunt acutiores in iuuentute. Item idem multe femine 7 multi iuuenum vociferant voce acuta. quam propter debilitatem mouent paucum aerem. 7 quod est paucum mouet velocius. 7 vox est velocius acuta. grauitas autem vocis sequitur tarditatem. 7 aer multus mouet tarde. Adhaeres autem 7 senes mouent multum aerem. 7 ideo sunt grauioris vocis. neruos enim 7 arterias habent fortiores masculi quam femine. senes quam paruuli 7 non castrati quam castrati propter debilitatem. ergo neruorum erunt voces castrorum similes vocibus feminarum. bucusque aristoteli. Clarior est equalis / clara fortis / flexibilis / inflexibilis acutum 7 graue medio cras est laudabilis. sicut e contra uersa vox tremula / rauca / 7 aspera / debilis dissona / nimis grauis / vel acuta / est vituperabilis. Nam vox unica dissona 7 inordinabilis multarum confundit uocem harmoniam. vox itaque consona dulcis 7 ordinata est lenificans / amoris excitatiua / passionum anime expressiua / virtutis et vigoris organorum spiritualium prestantiua / puritatis 7 bone dispositionis eorum deinde ostensiuu laboris subleuatiua / tedij seu fastidij ablatiua etatis 7 sexus discretiua / preconij 7 laudis acquisitiua / affectionis audientium mutatiua. sicut Orpheo dicitur fabulis quod uocis sue modulatione arbores 7 nemora / montes / 7 saxa demulcebat. Ita est etiam vox composita nature consona 7 amica. quam non solum delectat homines uerum etiam 7 bruta animalia / quod patet in bobus qui cantu bubula dulci sono potius quam iaculo ad laborandum excitantur. uolucres etiam in uocis modulo delectantur in tantum / quod sepe per dulces sonum ad laqueos 7 pericula ab aucupe pro uocant (iuxta illud poetici) fistula dulce canit uolucres dum decipit aucups. Item per dulces uoces 7 cantilenas 7 harmonias musicas infirmi 7 maniaci 7 frenetici ad sensum mentis 7 sanitatem corporis sepius reuocant. unde 7 constantin. in uisico pericula. i. c. de amore qui dicitur hercos sicut dicit / Dicant alij quod Orpheo dixit. Impatores ad conuiuia me inuitant / ut ex me se delectent. ego tamen delector ex ipsis quorum animos flectere possunt de ira ad mansuetudinem de tristitia ad letitiam / de auaricia ad largitatem de timore ad audaciam. hec est ordiuatio musicorum que circa anime suauitate esse dinoscitur

7c. dulci sona 7 melodia demones aliquando coartant 7 exire de corporibus compellunt ut patet in saule a quo spiritus dei malus uoce dauidica recedere cogebatur. ut patet. ij. Regum. xviij. f. Ex quibus omnibus iam patet quod uulsi sit iocunda uox atque dulcis. Contrario uero est de uoce inordinata 7 horribili. quod non lenificat. sed constat / 7 aures acumentem grauat. Unde constantin. in. c. supradicto. Interrogatus quidem philosophus quare homo horribilis grauior esset quam quodlibet pondus. taliter respondisse fertur. homo inquit horribilis pondus animi est 7c. hec de uoce bona 7 mala nunc sufficiat. Nam de his que uocem impediunt supra dictum est in tractatu de lingua 7 adhuc dicitur infra.

Organum est extremitas canaliculi pulmonis. ut dicit constantin. 7 est duplicis inuamenti. Maius enim 7 primum est. ut aerem attrahat 7 mutat. secundum est ut ab os interius traiciat 7 ut uocem faciat. hec canalis substantia cartilaginosa est atque dura. ut cum uetus exeat uox emissa fiat clara. Nam rauitas uocis fit ex humiditate canalis pulmonis. Componitur itaque guttur a tribus cartilaginibus. Prima est anterior gibbosa exterior / concava interior. Secunda priora est maior 7 recte iuxta os stomachi collocatur. Tertia cartilago est media inter primam et secundam ex istis cartilaginibus quasi quadam concatenatione guttur componitur ut dilatetur 7 restringatur induitur tota substantia gutturis eisdem pelliculis quibus lingua induitur 7 palatum. concavitas autem gutturis quam aer intrat 7 exit / habet quoddam corpus lingue simile compositum ex glande 7 pinguedine 7 pelliculis. 7 uocatur a medicis lingua gutturis siue cataracta. 7 est primum uocis (ut dicitur) instrumentum. Non enim potest aliter uox esse / nisi claudatur ista cataracta. quod si uia gutturis fuerit aperta / impossibile est uocem esse. quod paulatim aere fit. unde gutturis cataracta ad flatum restringendum fuit necessaria. quod uero guttur quandoque patitur ab humoribus a capite descendentibus unde rauitas generatur 7 tussis. quandoque attractu corrupti / 7 siccis aeris. quandoque etiam ab iniectu pulueris. ideo habet uulnam pro obstaculo ne puluis uel humor aliquid pulmonem ualeat subintrare / que fuit necessaria. nec uocem faceret pulchram / fortem / 7 expeditam. alleviat autem aerem introeuntem 7 eius temperat frigiditatem. unde quidam moriuntur quando radicitus eis inciditur. quia nimium recipiunt aerem 7 guttur 7 pulmonem infrigidantem. Est igitur guttur organum in uocis formatione necessarium ubi 7

potus in primū digestiōis locū. s. in stomachū
inductiuum. qđ ideo longū est et rotundus / vt
amplioris aeris ad infrigidationē caloris cor
dis facilius sit attractiuū et expulsiuum. Est au
tem in vtraq; extremitate magis concauū et in
medio magis strictum vt sic sit vocis magis in
formatiuū. Est autē ex diuersis cartilaginibus
more cūbi se cooperentibus compositū vt for
tius existat. et ita vt extenitudine cartilaginis
ad vocem variandū facilius se reflectat. In ge
nita autē natura circa guttur ut sūm duplex
officiū animalī necessarium duplicem viē ha
beat concauitatem. habet enī viam cānalē ad
aerem attrahendū / et anhelitū pficiendū. ha
bet etiam et viam manifestam ad cibum recipi
endū et hec duplex via quodam coopulo (qđ
epiglottum dicitur) distinguitur. habet enī se in
